

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria p
cum fonte primo

Luxurie currus
quadriga uoluitur uiciorum,
ingluuie uidelicet uentris, libidine
coitus, mollicie uestium, ocii saporisque
resolucione. Trahitur equis eque
duobus: prosperitate uite et rerum
habundancia; et qui hiis president duo:
ignauie torpor et infida securitas.

Bernardus super Cantica.

Luxuriae vero currus
quadriga nihilominus uoluitur uiciorum,
Ingluue uidelicet ventris, Libidine
coitus, Mollitie uestium, otii soporisque
Resolutione. Trahitur equis aeque
duobus, Prosperitate vitae et rerum
Abundantia; et qui his praesident duo:
ignaviae Torpor, et infida Securitas, quia
et copia ignaviam solvit et, secundum
Scripturam: PROSPERITAS STULTORUM
PERDET ILLOS, non sane ob aliud, nisi
quoniam male securos reddat.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 39, 7 (SBO 2,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.22, ll.14-19).